



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Paulinus Episc. 22. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. PAULINUS EPISC. 22. Iunii.

NOvam artem PAULINUS docuit ;
 etiam cum nihil est , egenis tamen
 aliquid dare. Cum enim in amplissimâ
 natus familiâ atque ditissimâ , quam vo-
 cem CHRISTI adolescens Evangelicus
 non audiit , hic audisset , & in pauperes
 omnes opes erogasset , Antistes dein No-
 lanus etiam , cum Wandalorum incurfio-
 nibus Italia infestaretur , omnes redditus
 captivis in libertatim asterendis contu-
 lisset , jamque nihil suppètere videretur ,
 unde unam spem viduæ filium redime-
 ret ; ingeniosius se ipsum servum feminæ
 addixit , quæ abductum in Africam cum
 filio scilicet permutavit. Ibi Regis socer-
 rum , cujus hortos curabat , de morte re-
 gis commonuit. Hic accersitum ubi pri-
 mum vidit , illum ipsum esse exclamavit ,
 quem nuper inter cæli tribunalia con-
 spicuum habuisset , qui que flagellum ,
 quod ad castiganda orbis scelera quon-
 dam acceperat , è manu rapuisset ; quare
 & ipsum , & cum eo omnes vinctos No-
 lanos manumisit , navesque in donum
 frumentarias complures addidit. Nolam
 igitur ingressus , pulchrum de servitute
 triumphum egit , pluribus eum civibus ,
 quàm Scipionum pileatis sequenti-
 bus. Sed liber animus corporis adhuc
 ergastulo clausus tenebatur. Tandem

C.c. anno.

402 VITÆ SANCTORUM. 23. Junii.
anno CCCC. XXXI. hic etiam vindicias
secundum libertatem à morte accepit.
At tunc Nola, imò Italia iterum captam
se putavit, libertatis suæ auctore amisso.

Ex Dial. S. Greg.

*Nihil tam divinum homo habet, quàm
de aliis bene mereri, tametsi ille majora,
hic minora beneficia conferat; uterque ni-
mirum pro suis viribus. Faccalamito sō sis
Deus, Dei misericordiam imitando.
S. Greg. Naz. de amore Pauper.*

S. MARIA DE OEGNIES. 23. Junii..

EX amplissimo virtutum **MARIAE**
OEGNIACENSIS viridario flores
omnes præter virginitatis lilium licet car-
pere. Hoc enim illi parentum importu-
nitas invidit, qui invitam nuptiis illiga-
runt; quarum vix libato usu, marito
continentiam persuasit, magnâ Christi
approbatione, cujus crucem nunquam
sine lacrymis, nunquam absque suo
aliorumve bono odoravit. Militem gene-
re, quàm moribus nobiliorem suis præ-
ceptionibus perductum ad frugem, malus
dæmon ad infames naufragiis ejus sco-
pulos retraxerat. Id *Maria* longè ab-
sens vidit tamen, & Crucifixi affusa
pedibus, precum finem non antè fe-
cit, quàm infelici avulsum contuber-
nio, Deo sisteret transfugam. Eandem
sibi apud Deum patronam animæ pia-
cula-